

2001-12-22 – SS Ioannes Paulus II – Constitutio ‘Tanjungselorensis’

**IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM**

CONSTITUTIO APOSTOLICA

TANJUNGSELORENSIS*

IN INDONESIA NOVA CONDITUR DIOECESIS TANJUNGSELORENSIS

Ad aptius consulendum evangelizationis operi in Indonesia visum est ibidem novam constituere dioecesim. Quapropter Congregatio pro Gentium Evangelizatione, re mature perpensa auditisque pariter eorum quorum interest votis, admotam postulationem censuit esse accipientam. Nos igitur, Qui gravissimo fungimur munere Pastoris et Patris universi populi Dei, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate haec decernimus. A Samarindaensi dioecesi separamus partem orientalis territorii ex eaque novam condimus dioecesim *Tanjungselensem*, quam metropolitanae Sedi Pontianakensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus cuiusque limites iidem erunt ac fines districtuum civilium qui patro sermone Bulungan et Berau nuncupantur. Praeterea iubemus Episcopi cathedralm poni in urbis "Tanjung Selor" templo Sanctae Mariae Assumptae dicato, quod ad dignitatem cathedralis ecclesiae evehimus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum Venerabilis Frater Laurentius Fratini, Archiepiscopus titulo Botrianensis atque in Indonesia Apostolicus Nuntius; qui, re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis memoratae Congregationi mittenda. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumnus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

*Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo secundo mensis Decembbris, anno Domini bis millesimo primo,
Pontificatus Nostri vicesimo quarto.*

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*
Franciscus Bruno, *Protonot. Apost.*

*A.A.S., vol. XCIV (2002), n. 5, p. 316